



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Tertiæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38725

424 QVÆST. LXXXII. ART. V.
refertur Hieron. † super Leuit. De hac quidem hostia quæ in
de conse. Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet
d. 2. c. de de illa verò, quam Christus in ara crucis obtulit, se-
hac ex cundum se nulli edere licet. Nec propter hoc facer-
Orig. ho. dos transgressor efficitur: quia ea quæ miraculose
7. super fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen,
Leuit. esset sacerdoti, quod iterato corpus & sanguinem
Domini consecraret & sumeret.

ARTIC. V.

Vtrum malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit?

498
4. dis. 18. AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd malus
9. 2. a. 2. sacerdos eucharistiam consecrare nõ possit. Di-
9. 3. ad 2. cit enim Hieron. *super Soph. Sacerdotes, qui eucha-
* sup. il- ristia seruiunt, & sanguinem Domini populis diuidit
lul Soph. impiè agunt in lege Christi, putantes eucharistiam
3. Sacer- precantis facere verba, non vitam, & necessariam
dotes pol esse solemnem orationem, & non sacerdotis merita,
luerunt de quibus dicitur, Sacerdos in quacumque fuerit ma-
sanctum, cula, non accedat offerre oblationes Domino. Sed sa-
10. 6. cerdos peccator cum sit miraculosus, nec vitã habet
orth. fid. nec merita huius conuenientia sacramento. Ergo sa-
c. 14. non cerdos peccator non potest consecrare eucharistia.
longè à ¶ 2 Præterea, Damaf. *dicit in 4. lib. q. panis & vi-
med. nũ per aduentum sancti Spiritus supernaturaliter trá-
fit in corpus & sanguinẽ Domini. Sed Gelasius Papa
dicit (sicut habetur in decr. 1. q. 1. sacrosancta,) Quo-
modo ad diuini mysterij consecrationem, cœlestis
spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos, qui eum
adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus cõ-
probetur? Ergo per malum sacerdotem non potest
eucharistia consecrari.

¶ 3 Præterea, Hoc sacramentum sacerdotis bene-
dictione consecratur. Sed benedictio sacerdotis pec-
catoris non est efficax ad consecrationẽ huius sacra-
menti: cum scriptum sit Malach. 2. Maledicam bene-
dictionibus vestris. Et Dion. *dicit in epist. ad Demo-
philum Monachum, Perfecte cecidit à sacerdotali
ordi-

oir. med.

ordine, qui non est illuminatus: & audax quidem nimium mihi videtur talis, sacerdotalibus manum apponens: & audet immundas infamias (non enim dicam orationes) super diuina symbola Christi formiter enunciare.

SED contra est, quod Aug. * dicit in lib. de corpore Domini, intra Ecclesiam catholicam, in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris & virtute Spiritus sancti.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut supra dictum est *) sacerdos consecrat hoc sacramentum non virtute propria, sed sicut minister Christi, in cuius persona consecrat hoc sacramentum. Non autem ex hoc ipso definit aliquis minister esse Christi, quod est malus: habet enim Dominus bonos & malos ministros seu seruos. Vnde Matth. 24 Dominus dicit, Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. & postea subdit, Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo, &c. Et Apost. dicit 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo, vt ministros Christi: & tamen postea subdit, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Erat ergo certus se esse ministrum Christi: tamen non erat certus se esse iustum. Potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. Et hoc ad excellentiam Christi pertinet: cui sicut vero Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala, quæ per ipsius providentiam in eius gloriam ordinantur. Vnde manifestum est, quod sacerdotes etiam si non sint iusti, sed peccatores, possunt eucharistiã consecrare.

Ad primum ergo dicendum, quod Hier. * per illa verba improbat errorem sacerdotũ, qui credebant se digne posse eucharistiã consecrare, ex hoc solo, quod sunt sacerdotes, etiam si sint peccatores. Quod improbat Hier. per hoc, quod maculosi ad altare accedere prohibentur. Non tamen remouetur, quin si accesserint, sit verum sacrificium quod offerunt.

Ad

*refertur 7
q. 1. c. in-
tra catho-
licã, et de
conf. d. 2.
c. utrum
sub. ex l.
de cor da-
mi.
a. 1. et 2.
huius q.*

*loco cita-
in arg.*

in prin. e. Ad secundum dicendum, quod ante illa verba
eis. i. arg. Gelasius Papa * præmittit, Sacrosancta religio, quæ
 catholicam continet disciplinam, tantam sibi reue-
 rentiam vendicat, ut ad eam quilibet (nisi pura con-
 scientia) non audeat peruenire. Ex quo manifeste
 apparet eius intentionem esse, quod peccator sacer-
 dos non debet ad hoc sacramentum accedere. Unde
 per hoc quod subdit, Quomodo cœlestis spiritus in-
 uocatus adueniet? intelligi oportet, quod non adue-
 nit ex merito sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius
 verba profert sacerdos.

Ad tertium dicendum, quod sicut eadem actio, in
 quantum fit ex prava intentione ministri, potest esse
 mala; bona autem, in quantum fit ex bona intentio-
 ne Domini: ita benedictio sacerdotis peccatoris, in
 quantum ab ipso indigne fit, est maledictione digna,
 & quasi infamia siue blasphemia, & non oratio repu-
 tatur: in quantum autem profertur ex persona Chri-
 sti, est sancta & efficax ad sanctificandum. Unde si-
 gnanter dicitur, Maledicam benedictionibus vestris.

ARTIC. VI.

*Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quam
 missa sacerdotis boni?*

499

4. d. 13. q. AD sextum sic proceditur. Videtur, quod missa
1. a. 1. q. 5 sacerdotis mali non minus valeat, quam missa
**refertur* sacerdotis boni. Dicit enim Gregor. * in Registro,
hoc in de Heu in quam magnum laqueum incidunt, qui diuina
cret. 1. q. & occulta mysteria, plus ab alijs sanctificata posse
1. c. Mul- fieri credunt: cum vnus idemque Spiritus sanctus ea
ti. ante mysteria occulte atque inuisibiliter operando san-
med. ctificet. Sed hæc occulta mysteria celebrantur in
 missa. Ergo missa mali sacerdotis non minus valet,
 quam missa boni.

*q. 64. a. 5**et q. 67.**art. 5. et**alijs.*

¶ 2 Præterea, Sicut baptismus traditur à mini-
 stro in virtute Christi, qui baptizat, ita & hoc
 sacramentum in persona Christi consecratur. Sed
 non melior baptismus datur à meliori ministro:
 ut supra dictum est †. Ergo etiam neque melior mis-
 sa est,